



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies tertius et quartus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

Facultas R. P. Provincialis Societatis Jesu Flandrobelgicæ, Et Summa
Privilegii Cæsarei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72907)

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

Cum Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti et Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, et 19 Julii 1694, Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi typographos et bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reimprimere, et vendere possint libros et Opera quælibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtenta et præexhibita licentia prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contravenientes aut aliter impressu importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet: cum etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis;

Ego infrascriptus Societatis Jesu per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Laurentio Ricci, concedo Petro Joanni vander Plassche facultatem sic imprimendi, et per se aliosque vendendi infrascriptum Opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum et approbatum; videlicet, Tomum secundum de Actis Sanctorum Octobris, collectis et illustratis a Constantino Suysskeno, Cornelio Byeo, Jacobo Bueo, et Josepho Ghesquiero, Societatis nostræ presbyteris Theologis. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ 9 Julii 1768.

PETRUS WAUTYER.

SUMMA PRIVILEGII REGII.

Cæsareæ et Regiæ Apostolicæ Majestatis diplomate sancitum est, ne quis, præter voluntatem Constantini Suysskeni e Societate Jesu, ejusve ad illustranda Sanctorum Acta Adjutorum et Successorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorundem, de argumento illo vel jam editos vel porro edendos; aut alibi excusos excudendosve invehat, venalesve habeat: qui secus faxit, confiscatione exemplarium, et aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latius patet ex litteris, Bruxellæ datis die xxvi Septembris anno mdccliii.

Signat J. H. HENRICY.

Et ego Constantinus Suysskens Societatis Jesu permitto Petro Joanni vander Plassche, ut Tomum secundum de Actis Sanctorum Octobris, nostro permissu apud ipsum impressum, publicet. Datum Antverpiæ 9 Julii 1768.

APPROBATIO